*Hymnus, Capitulum,* ℟. *breve et* ℣. *non dicuntur sed Psalmis dictis inchoatur Ant.* Véspere autem sábbati, *ut supra,* 647; *et statim incipitur Canticum* Nunc dimíttis.

### Canticum Simeonis.




3. Quod parásti * ante fáciem ómnium *popu*lórum :
4. Lúmen ad revelatiónem géntium, * et glóriam plébis *túae* Israel.
5. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.
6. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum.* Amen.

*Repetita Antiphona, statim dicitur :*
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu túo.

*Oratio.* Visita, *cum reliquis,* 239. *In fine, Antiphona.* Regina caéli. 241.

# DOMINICA RESURRECTIONIS.

## AD MATUTINUM.

Pater. Ave. Credo.




Déus in adjutórium. Glória Pátri. Allelúia. 217.



### Invitatorium.




*Chorus repetit :* Surréxit Dóminus vere : * Allelúia.




*Chorus :* Surréxit.




*Chorus :* * Allelúia.

*In sequenti Psalmi versu, ad verba .* Venite, adorémus, et procidámus ante Déum, *genuflectitur.*

Quó- ni- am i-psí- us est má-re, et ípse fé-cit íl-lud,
et á- ri-dam funda-vé-runt má-nus é- jus : ve- ní- te, ado-
rémus, et pro-ci-dámus ante Dé- um : plo-ré- mus co-ram
Dómi-no, qui fé- cit nos : qui- a í- pse est Dómi-nus Dé- us
nó-ster; nos autem pó- pu-lus é- jus, et ó- ves páscu- ae
é- jus.

*Chorus :* Surréxit.

Hó- di- e, si vó-cem é-jus audi- é-ri- tis, no- lí- te ob-
du-rá-re córda vé-stra, sic- ut in exa-cerba- ti- ó-ne se-cún-
dum dí- em tenta- ti- ó-nis in de-sérto : u- bi tenta-vé-runt
me pátres vé-stri, pro-ba-vé- runt, et vi-dé- runt ó-pe-ra
mé- a.

*Chorus :* * Allelúia.



Qua-dra-gínta ánnis pró-ximus fú- i ge-ne-ra- ti- ó-ni
hú- ic, et dí- xi : Semper hi érrant cór-de ; í- psi ve-ro
non cogno-vé-runt ví- as mé- as, quí- bus ju-rá-vi in í- ra
mé- a : si intro- í- bunt in réqui- em mé- am.

*Chorus :* Surréxit.

Gló- ri- a Pá-tri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sáncto.
Sic- ut é- rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in saé-
cu-la saecu- ló-rum. A-men.

*Chorus :* * Allelúia.

*Cantores :* Surréxit Dóminus. *Chorus :* * Allelúia.

**Alter tonus recentior ad libitum.**

Ve- ní- te exsultémus Dómi-no, ju-bi- lémus
Dé- o sa- lu- tá- ri nóstro : prae- occupémus fá-ci- em

é-jus in con-fes- si- ó- ne, et in psál-mis ju-bi-lé-

mus é- i.

*Chorus :* Surréxit.

Quó- ni- am Dé- us mágnus Dómi-nus, et Rex má-

gnus super ómnes dé- os : quó- ni- am non re-pél-let Dó-

mi-nus plé-bem sú- am, qui- a in má-nu é-jus sunt ómnes

fí- nes tér-rae, et al-ti-tú- di-nes món- ti- um ípse cón-

spi- cit.

*Chorus :* * Allelúia.

*In sequenti Psalmi versu, ad verba :* Veníte, adorémus, et procidámus ante Déum, *genuflectitur.*

Quó- ni- am ipsí- us est má-re, et ípse fé- cit íl-lud, et

á- ri-dam funda-vé-runt má- nus é- jus : ve- ní- te ad-o-

rémus, et pro-ci-dámus ante Dé- um : plo-ré- mus co-ram



Dómi-no, qui fé-cit nos, qui- a ípse est Dómi-nus Dé-

us nó-ster; nos autem pó- pu-lus é- jus, et ó- ves páscu-

ae é- jus.

*Chorus :* Surréxit.

Hó- di- e, si vó-cem é-jus audi- é- ri- tis, no- lí- te ob-

du-rá-re cór-da vé-stra, sic- ut in ex-a-cerba-ti- ó-ne se-

cúndum dí- em tenta- ti- ó-nis in de- sérto : u-bi tenta-

vé-runt me pá- tres vé-stri, pro-ba-vé- runt, et vi-dé- runt

ó-pe-ra mé- a.

*Chorus :* * Allelúia.

Quadra-gínta ánnis pró-ximus fú- i ge-ne-ra- ti- ó- ni

hú- ic, et dí- xi : Semper hi ér- rant cór-de : í-psi ve-

ro non cognové-runt ví- as mé- as, quíbus ju-rá-vi in í-

ra mé- a : si intro- í- bunt in réqui- em mé- am.

*Chorus :* Surréxit.

Gló- ri- a Pátri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu- i Sán-cto : Sic- ut é-rat in prin- cí-pi- o, et nunc, et semper, et in saé-cu-la saecu-ló-rum. A-men.

*Chorus :* * Allelúia.

*Cantores :* Surréxit Dóminus. *Chorus :* * Allelúia.

AD NOCTURNUM.

1. Ant. 2. D (*ré-fa*) Ego sum qui sum, * et consí- li- um mé- um non est cum ímpi- is, sed in lé- ge Dó- mi-ni vo-lúntas mé- a est, al-le- lú- ia.

Psalmus 1.

1. Be- á-tus vir, qui non áb-i- it in consí-li- o impi- ó-rum, † et in ví- a pecca-tó-rum non **sté-** tit, * et in cá-



thedra pe-sti-lénti- ae *non* **sé**-dit.

2. Sed in lége Dómini volúntas **éjus**, * et in lége éjus meditábitur díe *ac* **nócte**.
3. Et érit tamquam lígnum quod plantátum est secus decúrsus **aquárum**, * quod frúctum súum dábit in témp*ore* **súo** :
4. Et fólium éjus non **défluet** : * et ómnia quaecúmque fáciet prosper*a***búntur**.
5. Non sic ímpii, **nón** sic : * sed tamquam púlvis, quem prójicit véntus a fáci*e* **térrae**.
6. Ideo non resúrgent ímpii in **judício** : * neque peccatóres in concílio *ju***stórum**.
7. Quóniam nóvit Dóminus víam **justórum**, * et íter impiórum *per***íbit**.
8. Glória Pátri, et **Fílio**, * et Spirítu*i* **Sáncto**.
9. Sicut **érat in princípio**, et nunc, et **sémper**, * et in saécula saecul*órum*. Amen.

2. Ant. 1. g (*ré-la*) Postu-lá-vi Pátrem mé- um, * al- le- lú- ia : dé-dit mí-hi Gén- tes, al- le- lú- ia, in he-re-di-tá-tem, al- le- lú- ia.

Psalmus 2.

1. Qua-re fremu- **é-** runt **Gén-** tes, * et pópu- li me-di-tá- ti *sunt in*-**á**- ni- a?

2. Astitérunt réges térrae, et príncipes **convenérunt** in **únum** * **advérsus** Dóminum, et advérsus *Christum* **éjus**.
3. Dirumpámus **víncula eórum** : * et projiciámus a nóbis jú*gum i*psórum.
4. Qui hábitat in caélis, irridébit **éos** : * et Dóminus subsan*nábit* **éos**.
5. Tunc loquétur ad éos in íra **súa**, * et in furóre súo contur*bábit* **éos**.
6. Ego autem constitútus sum Rex ab éo super Sion móntem **sánctum** éjus, * praédicans prae*céptum* **éjus**.
7. Dóminus **díxit ád** me : * Fílius méus es tu, ego hódie *génui* te.

8. Póstula a me, et dábo tibi Géntes haereditátem túam, * et possessiónem túam tér*minos* térrae.
9. Réges éos in vírga férrea, * et tamquam vas fíguli con*frínges* éos.
10. Et nunc, réges, intellígite : * erudímini, qui judi*cátis* térram.
11. Servíte Dómino in timóre : * et exsultáte éi *cum tre*móre.
12. Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur Dóminus, * et pereátis de *vía* jústa.
13. Cum exárserit in brévi íra éjus, * beáti ómnes qui confi*dunt in* éo.
14. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.
15. Sicut érat in princípio, et núnc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum.* Amen.

3. Ant. 8. c (*sol-do*)



Ego dormí- vi, * et sómnum cé- pi : et



exsurré- xi, quó-ni- am Dómi-nus suscé-pit me, alle- lú-



ia, alle- lú- ia.

**Psalmus 3.**



1. Dómi-ne, quid multipli-cá- ti sunt qui trí-bu-lant me? *



múl-ti insúr*gunt ad*vérsum me.

2. Múlti dícunt ánimae méae : * Non est sálus ípsi in *Déo* éjus.
3. Tu autem, Dómine, suscéptor méus es,* glória méa, et exáltans *cáput* méum.
4. Vóce méa ad Dóminum clamávi : * et exaudívit me de mónte *sáncto* súo.
5. Ego dormívi, et soporátus sum : * et exsurréxi, quia Dómi*nus sus*cépit me.
6. Non timébo míllia pópuli circumdántis me : * exsúrge, Dómine, sálvum me fac, *Déus* méus.
7. Quóniam tu percussísti ómnes adversántes míhi sine cáusa : * déntes peccatórum *contri*vísti.
8. Dómini est sálus : * et super pópulum túum bene*díctio* túa.
9. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sáncto.
10. Sicut érat in princípio, et nunc, et sémper, * et in saécula saecu*lórum.* Amen.





℣. Surré-xit Dómi-nus de sepúlcro, al-le-lú- ia.
℟. Qui pro nóbis pepéndit in lígno, al-le-lú- ia.

*Vel :*



℣. Surréxit Dóminus de sepúlcro, alle-lú- ia.
℟. Qui pro nóbis pepéndit in lígno, alle-lú- ia.

Pater noster. ℣. Et ne nos indúcas. ℟. Sed líbera nos a málo.

*Absolutio.* Exáudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum, † et miserére nobis : * qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

*Lector :* ℣. Jube domne, benedícere.

*Benedictio.* Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio. ℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Marcum.

Lectio I. *Cap. 16, 1-7.*

In illo témpore : María Magdaléne, et María Jacóbi, et Salóme emérunt arómata, ut veniéntes úngerent Jesum. Et réliqua.

Homilía sancti Gregórii Papae.
*Hom. 21. in Evang.*

Audístis, fratres caríssimi, quod sanctae mulíeres, quae Dóminum fúerant secútae, cum aromátibus ad monuméntum venérunt; et ei, quem vivéntem diléxerant, étiam mórtuo, stúdio humanitátis obsequúntur. Sed res gesta áliquid in sancta Ecclésia signat geréndum. Sic quippe necésse est ut audiámus quae facta sunt, quátenus cogitémus étiam quae nobis sint ex eórum imitatióne faciénda. Et nos ergo in eum, qui est mórtuus, credéntes, si odóre virtútum reférti, cum opinióne bonórum óperum Dóminum quaérimus, ad monuméntum profécto illíus cum aromátibus venímus. Illae autem mulíeres Angelos vident, quae cum aromátibus venérunt : quia vidélicet illae mentes supérnos cives adspíciunt, quae cum virtútum odóribus ad Dóminum per sancta desidéria proficiscúntur. Tu autem, Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Resp. 3. (*mi-do*)



An-ge- lus Dó- mi- ni * de-scén-



dit de caé- lo, et accé- dens re- vól- vit









*Repetitur* ℟. Angelus. *usque ad* ℣.

℣. Jube, domne, benedícere.

*Benedictio.* Divínum auxílium * máneat semper nobíscum.

## Lectio II.

Notándum vero nobis est, quidnam sit, quod in dextris sedére Angelus cérnitur. Quid namque per sinístram, nisi vita praesens : quid vero per déxteram, nisi perpétua vita designátur? Unde in Cánticis canticórum scriptum est : Laeva ejus sub cápite meo, et déxtera illíus amplexábitur me. Quia ergo Redémptor noster jam praeséntis vitae corruptiónem transíerat, recte Angelus, qui nuntiáre perénnem ejus vitam vénerat, in déxtera sedébat. Qui stola cándida coopértus appáruit : quia festivitátis nostrae gáudia nuntiávit. Candor étenim vestis, splendórem nostrae denúntiat solemnitátis. Nostrae dicámus, an suae? Sed ut fateámur vérius, et suae dicámus, et nostrae. Illa quippe Redemptóris nostri resurréctio et nostra festívitas fuit, quia nos ad immortalitátem redúxit : et Angelórum festívitas éxstitit, quia nos revocándo ad caeléstia, eórum númerum implévit. Tu autem.





ia. ℣. Et valde ma- ne úna sabba- tó-



rum, vé- ni- unt ad mo- nu-mén- tum, ór- to jam



só- le. * Ut ve- ni- én- tes. Gló-ri- a



Pá- tri, et Fí- li- o, et Spi- rí- tu-



i Sán- cto. * Ut ve- ni- én- tes.

℣. Jube, domne, benedicere.

*Benedictio.* Ad societátem cívium supernórum * perdúcat nos Rex Angelórum.
℟. Amen.

### Lectio III.

IN sua ergo ac nostra festivitáte Angelus in albis véstibus appáruit : quia dum nos per resurrectiónem Domínicam ad supérna redúcimur, caeléstis pátriae damna reparántur. Sed quid adveniéntes féminas affátur, audiámus : Nolíte expavéscere. Ac si apérte dicat : Páveant illi, qui non amant advéntum supernórum cívium : pertiméscant, qui carnálibus desidériis pressi, ad eórum se societátem pertíngere posse despérant. Vos autem cur pertiméscitis, quae vestros concíves vidétis? Unde et Matthaéus Angelum apparuísse descríbens, ait : Erat adspéctus ejus sicut fulgur, et vestiménta ejus sicut nix. In fúlgure enim terror timóris est, in nive autem blandiméntum candóris. Tu autem.

Te Déum laudámus.

## AD LAUDES.

℣. Déus in adjutórium. 217.

1. Ant. Angelus autem Dómini. 667.

### Psalmus 92.



1. Dómi-nus regná-vit, de-có-rem indú-tus est; * indú-tus est





Dómi-nus forti- tú-di-nem *et prae***cín**xit se.

2. Etenim firmávit órbem **térrae**, * qui non *commo***vébitur**.
3. Paráta sédes túa **ex** tunc : * a saé*culo* tú es.
4. Elevavérunt flúmina **Dómine** : * elevavérunt flúmina *vócem* **súam**.
5. Elevavérunt flúmina flúctus **súos**, * a vócibus aquá*rum mul***tárum**.
6. Mirábiles elatiónes **máris** : * mirábilis in *áltis* **Dóminus**.
7. Testimónia túa credibília fácta sunt **nímis** : * dómum túam décet sanctitúdo Dómine, in longitúdi*nem di***érum**.
8. Glória Pátri, et **Fílio**, * et Spirí*tui* **Sáncto**.
9. Sicut érat in princípio, et nunc, et **sémper**, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

2. Ant. Et ecce terraemótus. 667.

### Psalmus 99.



1. Ju- bi- lá-te Dé- o **ó-** mnis **tér-** ra : * serví- te Dómi-



no **in** lae-**tí-** ti- a. *Flexa :* páscu-ae é-jus : †

2. Introíte in conspéctu **éjus**, * in exsultati**óne**.
3. Scitóte quóniam Dóminus ípse est **Déus** : * ipse fécit nos, **et** non ípsi nos.
4. Pópulus éjus, et óves páscuae éjus : † introíte pórtas éjus in confessi**óne**, * átria éjus in hymnis : confiténini ílli.
5. Laudáte nómen éjus : quóniam suávis est Dóminus, † in aetérnum misericórdia **éjus**, * et usque in generatiónem **véritas éjus**.
6. Glória **Pátri**, et **Fílio**, * et Spirítui **Sáncto**.
7. Sicut érat in princípio, et **núnc**, et **sémper**, * et in saécula saecu**lórum**. Amen.

3. Ant. Erat autem. 668.

### Psalmus 62.



1. Dé- us Dé- us **mé-** us * ad te de *lú-ce* **ví**-gi- lo.



*Flexa :* in-aquó-sa, †

2. Sitivit in te ánima **méa**, * quam multipliciter tibi *cáro* **méa**.
3. In térra desérta, et invia, et inaquósa : † sic in sáncto appárui **tíbi**, * ut vidérem virtútem túam, et gló*riam* **túam**.
4. Quóniam mélior est misericórdia túa super **vítas** : * lábia mé*a lau***dá**bunt te.
5. Sic benedícam te in vita **méa** : * et in nómine túo levábo *mánus* **méas**.
6. Sicut ádipe et pinguédine repleátur ánima **méa** : * et lábiis exsultatiónis laudá*bit os* **méum**.
7. Si mémor fúi túi super strátum méum, † in matutínis meditábor **in** te : * quia fuísti ad*jútor* **méus**.
8. Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhaésit ánima méa **post** te : * me suscépit déx*tera* **túa**.
9. Ipsi vero in vánum quaesiérunt ánimam méam, † introíbunt in inferióra **térrae** : * tradéntur in mánus gládii, pártes vúl*pium* **érunt**.
10. Rex vero laetábitur in Déo, † laudabúntur ómnes qui júrant in **éo** : * quia obstrúctum est os loquénti*um* **iní**qua.
11. Glória Pátri, et **Fílio**, * et Spirí*tui* **Sán**cto.
12. Sicut érat in princípio, et nunc, et **sémper**, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

4. Ant. Prae timóre autem éjus. 668.

## Canticum trium Puerorum. *Dan. 3. e.*



1. Be- ne- dí-ci-te ómni- a ó-pe-ra **Dómi**-ni **Dómi**-no; *



laudá-te et su-per-exal-tá-te **é**- um in **saé**cu- la.

2. Benedícite Angeli **Dómini** **Dómino** : * benedícite **caéli** **Dómino**.
3. Benedícite áquae ómnes quae super **caélos** sunt, **Dómino** : * benedícite ómnes virtútes **Dómini** **Dómino**.
4. Benedícite sol et **lúna** **Dómino** : * benedícite stéllae **caéli** **Dómino**.
5. Benedícite ómnis imber **et** ros **Dómino** : * benedícite ómnes spíritus **Déi** **Dómino**.
6. Benedícite ígnis et **aéstus** **Dómino** : * benedícite frígus et **aéstus** **Dómino**.
7. Benedícite róres et pruína **Dómino** : * benedícite gélu et **frígus** **Dómino**.
8. Benedícite glácies et **níves** **Dómino** : * benedícite nóctes et **díes** **Dómino**.
9. Benedícite lux et **ténebrae** **Dómino** : * benedícite fúlgura et **núbes** **Dómino**.
10. Benedicat **térra** **Dóminum** : * láudet et superexáltet **éum** in **saécula**.
11. Benedícite móntes et **cólles** **Dómino** : * benedícite univérsa germinántia in **térra** **Dómino**.
12. Benedícite **fóntes** **Dómino** : * benedícite mária et **flúmina** **Dómino**.
13. Benedícite céte et ómnia quae movéntur in **áquis** **Dómino** : * benedícite ómnes vólucres **caéli** **Dómino**.
14. Benedícite ómnes béstiae et **pécora** **Dómino** : * benedícite filii **hóminum** **Dómino**.
15. Benedicat **Israel** **Dóminum** : * láudet et superexáltet **éum** in **saécula**.



16. Benedícite sacerdótes **Dómini** **Dómino** : * benedícite sérvi **Dómini** **Dómino**.
17. Benedícite spíritus et ánimae **justórum** **Dómino** : * benedícite sáncti et húmiles **córde** **Dómino**.
18. Benedícite, Ananía, Azaría, **Misael**, **Dómino** : * laudáte et superexaltáte éum in **saécula**.
19. Benedicámus Pátrem et Filium cum **Sáncto** **Spíritu** : * laudémus et superexaltémus **éum** in **saécula**.
20. Benedictus es Dómine in firma**ménto** **caéli** : * et laudábilis, et gloriósus, et superexal**tátus** in **saécula**.

*Non dicitur* Glória Pátri.

5. Ant. Respóndens autem Angelus. 668.

## Psalmus 148.



1. Laudá-te Dómi-num de **caé**- lis: * laudá-te é- um *in ex-*



**cél**- sis. *Flexa :* et vír-gi-nes, †

2. Laudáte éum ómnes Angeli **éjus** : * laudáte éum ómnes vir*tútes* **éjus**.
3. Laudáte éum sol et **lúna** : * laudáte éum ómnes stél*lae et* **lúmen**.
4. Laudáte éum caéli cae**lórum** : * et áquae ómnes quae super caélos sunt láudent *nómen* **Dómini**
5. Quia ipse dixit, et **fácta** sunt : * ipse mandávit, *et cre***á**ta sunt.
6. Státuit éa in aetérnum et in saéculum **saéculi** : * praecéptum pósuit, et non *praeter*íbit.
7. Laudáte Dóminum de **térra**, * dracónes, et ó*mnes a***býs**si.
8. Ignis, grándo, nix, glácies, spíritus procel**lárum** : * quae fáciunt *vérbum* éjus;
9. Móntes, et ómnes **cólles**; * ligna fructífera, et *ómnes* **cédri**.
10. Béstiae et univérsa **pécora**, * serpéntes et vólu*cres pen***ná**tae;
11. Réges térrae, et ómnes **pópuli**; * príncipes et ómnes jú*dices* **térrae**,
12. Júvenes et vírgines, † sénes cum junióribus láudent nómen **Dómini** : * quia exaltátum est nómen *éjus so*líus.
13. Conféssio éjus super caélum et **térram** : * et exaltávit córnu pó*puli* **sú**i.
14. Hýmnus ómnibus sánctis **éjus** : * filiis Israel, pópulo appropin*quánti* **síbi**.
15. Glória Pátri, et **Filio**, * et Spirí*tui* **Sán**cto.
16. Sicut érat in princípio, et nunc, et **sémper**, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

*Capitulum, Hymnus et* ℣. *non dicuntur; sed eorum loco Ant.* Haec dies, *ut infra*, 669.

Ad Bened. Ant. 8. G (*sol-do*)



Et val-de ma-ne * ú-na sab-ba-tó-rum,



vé-ni- unt ad mo-numéntum, ór- to jam só- le, al- le-



lú- ia. E u o u a e. *Cant.* Benedíctus. 8. G. 319.

*Oratio.* Deus qui hodiérna die, 660.

℣. Benedicámus Dómino *dicitur cum duplici* Allelúia, *ut infra*, 669. *Postea* ℣. Fidélium ánimae, *cum reliquis*, 228.

## AD TERTIAM.

*Post* ℣. Déus in adjutórium *et* Glória Pátri, *dicuntur absolute Psalmi de Dominica. Quibus finitis dicitur Ant.* Haec dies, 669; *postea Oratio* Deus qui hodiérna die, 663.

*Psalmi ad Horas cantantur in sequenti tono :*

2. (*la-do*)



Lé-gem póne mí-hi, Dómi-ne, ví- am justi- fi-ca-ti-



ó-num tu- á-rum : * et exquí-ram é- am semper.

*Eodem modo dicuntur Sexta et Nona.*

## AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

Intr. 4. (*mi-la*)



Re-sur- ré-xi, * et ad-huc té-cum



sum, al- le- lú- ia : po- su- í- sti



su- per me má- num tú- am, al- le-



lú- ia : mi- rá- bi- lis fá- cta est





sci- én- ti- a tú- a, al- le- lú- ia.



al- le- lú- ia. *Ps.* Dó- mi- ne pro-básti me, et



co-gno-ví- sti me : * tu co-gno-ví-sti sessi- ónem mé- am,



et re-surrecti- ó- nem mé- am. Gló- ri- a Pátri.



E u o u a e.

### Oratio.

Deus, qui hodiérna die per Unigénitum tuum, aeternitátis nobis áditum devicta morte reserásti : vota nostra, quae praeveniéndo aspíras, étiam adjuvándo proséquere. Per eúmdem.

### Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Corinthios. *1. Cor. 5.*

Fratres : Expurgáte vetus ferméntum, ut sitis nova conspérsio, sicut estis ázymi. Etenim Pascha nostrum immolátus est Christus. Itaque epulémur : non in ferménto véteri, neque in ferménto malítiae, et nequítiae : sed in ázymis sinceritátis, et veritátis.

(M.M. ♪ = 152.)

Ant. 2. (*la-do*)



Haec dí- es, * quam fé-



cit Dó- mi- nus : exsul-



té- mus, et



lae- té- mur * in é- a.









*Non repetitur* Allelúia, *sed statim dicitur :*






✠ Sequentia sancti Evangelii secundum Marcum. *Marc. 16.*

IN illo témpore : María Magdaléne, et María Jacóbi, et Salóme emérunt arómata, ut veniéntes úngerent Jesum. Et valde mane una sabbatórum, véniunt ad monuméntum, orto jam sole. Et dicébant ad ínvicem : Quis revólvet nobis lápidem ab óstio monuménti? Et respiciéntes vidérunt revolútum lápidem. Erat quippe magnus valde. Et introeúntes in monuméntum vidérunt júvenem sedéntem in dextris, coopértum stola cándida, et obstupuérunt. Qui dicit illis : Nolíte expavéscere : Jesum quaéritis Nazarénum, crucifíxum : surréxit, non est hic, ecce locus ubi posuérunt eum. Sed ite, dícite discípulis ejus, et Petro, quia praecédit vos in Galilaéam : ibi eum vidébitis, sicut dixit vobis. Credo.

(M.M. ♪ = 144.)

Offert. 4. (*mi-la*)




Secreta.

SUscipe, quaésumus Dómine, preces pópuli tui cum oblatiónibus hostiárum : ut paschálibus initiáta mystériis, ad aeternitátis nobis medélam, te operánte, profíciant. Per Dóminum.

*Praefatio.* Te quidem Dómine. 7.

(M.M. ♪ = 160.)

Comm. 6. (*fa-la*)









Postcommunio.

SPíritum nobis, Dómine, tuae caritátis infúnde : ut, quos sacraméntis Paschálibus satiásti, tua fácias pietáte concórdes. Per Dóminum.

**Ad Sextam et ad Nonam** *omnia dicuntur ut supra notatur ad Tertiam.*

AD VESPERAS.

*Psalmi.* **1.** Dixit Dóminus. **8. G. 145.** — **2.** Confitébor. **7. c. 150.** — **3.** Beátus vir. **8. c. 156.** — **4.** Laudáte púeri. **7. a. 160.** — **5.** In éxitu. **8. G. 167.**

1. Ant. 8. G (*sol-do*)




2. Ant. 7. c (*sol-ré*)








*Capitulum, Hymnus et ℣. non dicuntur ; sed eorum loco :*




*Cant.* Magníficat. 3. a. 200, *vel* 207.

*Oratio.* Deus qui hodiérna die. 663.



*Sic dicitur in Vesperis et Laudibus tantum, usque ad Vesperas Sabbati in Albis exclusive.*

*Hodie et duobus diebus seq. hic Versus potest etiam cantari ut sequitur :*




## AD COMPLETORIUM.

℣. Jube, domne. — *Lectio brevis.* Fratres : Sóbrii estóte. — ℣. Adjutórium nóstrum. Pater noster. *Et facta Confessione et Absolutione dicitur :* ℣. Convérte nos. ℣. Déus in adjutórium. Glória Pátri. Allelúia. *Deinde cantantur Psalmi de Dominica (Ton. 8. G.),* 231. *Finitis Psalmi cantatur :*




*Immediate dicitur Canticum* Nunc dimíttis.

### Canticum Simeonis.






3. Quod *pa*rásti * ante fáciem ómnium *popu*lórum :
4. Lúmen ad revelatió*nem* **géntium**, * et glóriam plébis *túae* **Israel**.
5. Glória Pátri, *et* **Fílio**, * et Spirit*ui* **Sáncto**.
6. Sicut érat in princípio, et nunc, *et* **sémper**, * et in saécula saecu*lórum*. **Amen**.

*Postea Ant.* Haec dies, 669, *et Oratio.* Visita, quaésumus. *cum reliquis*, 239.

¶ *Infra Octavam Paschae usque ad Vesperas Sabbati exclusive, ad Horas omnia dicuntur ut in die, praeter Orationem et Antiphonam ad Magnificat. Feria II. et III. Officium fit duplex; aliis diebus, semiduplex.*

# FERIA SECUNDA.

## AD MISSAM.

(M.M. ♪ = 152.)

